

que ningún otro la piedra y la madera de construcción. Poco dista á levante la entrada del arenal, que ha ido llenando quizá al través de las edades el estrecho que debió de mediar entre los salientes estribos del espacioso seno, trazado en uno y otro borde por la corriente. Al otro lado de dicho puente avanza, siempre al este, como cuadrilátero baluarte, la península de la *Mola*, más elevada y selvática que el resto de la isla, concentrando al rededor del Pilar su dispersa feligresía: compréndense en su término la inmemorial fortaleza apenas ayudada por el arte, el moderno faro asomado al mar, y memorias más bien que rastros del efímero convento, incluyendo en ellas el título de *San Agustín* dado á la cala del norte. Retoñan de dos siglos á esta parte, Dios sabe si por quinta ó por vigésima vez, las semillas de una cultura rudimentaria, bien distinta sin embargo de las anteriores, y que esta vez no morirá, al menos de las causas que acabaron con aquellas, si la humanidad no retrocede; y la naturaleza se irá vistiendo, y las obras del hombre perfeccionándose, y multiplicándose los vecinos, hasta poder añadir, satisfechos de su modesta patria, una cuarta isla al grupo de las Baleares.

APÉNDICES

Existen los originales de los siguientes documentos, aunque sin numeración, en el archivo de la catedral de Ibiza, menos los de núm. 3.º y 6.º hasta 9.º inclusive, sacados de hojas sueltas de un antiguo registro de reales privilegios que nos proporcionó un canónigo aficionado.

Número 1

Concesión de Ibiza hecha en 1234 por el rey Jaime I al sacrista de Gerona, arzobispo electo de Tarragona, para conquistarla de los moros. Resulta expedida en Lérida, aunque la Crónica del Rey expresa que se hallaba la corte en Alcañiz. (Pág. 1313 del texto.)

Manifestum sit cunctis presentibus atque futuris quod nos Jacobus Dei gratia rex Aragonum et regni Majoricarum, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, attendentes dilectionis affectum et integritatem animi quam vos, venerabilis et dilecte G. per eandem Tarracone electe, erga nos semper geritis et gesistis, cum hac presenti carta perpetuo valitura donamus, laudamus atque concedimus vobis et vestris et quibus volueritis relinquere sive dare ad omnes vestras vestrorumque voluntates inde perpetuo faciendas, castrum et villam de Eviça cum tota insula in qua est, et totam insulam de Formentera, cum salinis et leudis, portubus, redditibus et proventibus et omnibus exitibus maris et terræ et cum aquis dulcibus et salsis, stagnis, lignis, pratis, pasturis, montibus, planis, montanis, cultibus et heremis, silvis, nemoribus et garrigiis; et cum omnibus ingressibus et egressibus per mare et per terram, et cum forciis, edificiis et melioramentis factis et faciendis, et cum omnibus omnino et singulis juribus et jurisdictionibus et pertinentiis ad predictum castrum et villam et ad predictas insulas pertinentibus et debentibus pertinere, sub tali forma in qua hanc donationem vobis et vestris facimus, ut teneatis vos et vestri omnia supradicta per nos et successores nostros in feudum ad consuetudinem Barchinone, et donetis nobis et successoribus nostris vos et vestri quotienscumque et quandocumque voluerimus potestatem de jam dicto castro et de omnibus castris seu forciis que in predictis insulis contigerit fieri in futu-

rum: verum si forte contingeret nos predicta castra et insulas dare vel dimittere alicui laycali persone, teneatur nobis et successoribus nostris facere inde homagium et predictam potestatem dare et fidelitatem servare: retinemus autem nobis in predictis castris et insulis quod possimus inde facere pacem, et que sint in guerra cum illis cum quibus nos habebimus guerram. Hec autem donatio valeat tali pacto quod vos hinc usque ad festum Sancti Michaelis mensis septembris proximi cum navigio et exercitu accedatis ad dictum castrum et insulas expugnandas, et si eas adquisieritis perpetuo valeat donatio supradicta; verumtamen, quod absit, si vos reverterimini, obsidione et exercitu ad bonum et sanum intellectum nostrum ibidem inde relictis, ista donatio deinde sit irrita penitus et inanis. Datum Ilerde VII idus decembris anno Dni. MCCXXX quarto.—Sig+num Jacobi Dei gratia regis Aragonum et regni Majoricarum, comitis Barchinone et Urgelli, et domini Montispessulani.—Hujus rei testes sunt Bgr. episcopus Ilerdensis.—Frater Guillelmus de Cervaria—Petrus de Monte catheno—G. de Monte catheno—G. de Angularia—R. Bgr. de Ager—Bgr. de Podio viridi—Geraldus Alamandi—Sig+num Petri de Sancto Melione qui hec mandato dni. regis scripsit per G. Rabaço not. suo, loco die et anno prefixis.

Número 2

Dotación de la iglesia de Ibiza por los tres magnates conquistadores ó sus respectivos delegados á 14 de Setiembre de 1235, hallándose ya en Mallorca, cuando no mediaba sino un mes y seis días desde el de la conquista. (Pág. 1316 del texto.)

In Dei nomine pateat cunctis presentibus atque futuris quod nos Guillelmus de Sancto Vincentio et Gilbertus Aragonensis civis Tarracone et Raimundus de Corniliano canonicus Gerundensis et Guillelmus de Solerio clericus Tarraconensis, arbitratores electi á domino Guillelmo Dei gratia Tarraconensis electi et dom. Petro eadem domino regni Majoricarum et Sancto Petri procuratore dom. Nunonis Sanctii in insula de Eviça, ut in virtute prestiti juramenti quod eis de hoc fecimus ordinare bene et honorifice ecclesiam Sancte Marie de Eviça, assignamus eidem ecclesie et ejus servientibus ac ministris omnes domos que sunt juxta ecclesiam ex parte occidentali usque ad viam que tendit ad Almudaynam, et ex parte circii affrontat in via publica que ascendit ad plateam que est coram hostio ecclesie prelibate. Item assignamus eidem ecclesie et ejusdem servientibus vel ministris totam illam alqueriam que dicitur de Maçana, sicut terminatur á parte occidentis in termino de Xarch et in fexurias ibi junctas, á meridie in cacumina montium terminatorum et assignatorum ipsi alquerie sicuti aque versant versus alqueriam et descendit per fexurias positas et figuratas versus partem occidentalem usque ad quandam vineam que est vicina cuidam orto in quo sunt plures garrofarii, et abinde transit ultra viam que tendit ad castrum et ascendit per partem occidentalem per serram proximam et fexurias positas, capiendo partem possessionum alquerie contigue usque ad fexuriam positam ad partem circii in alqueria alta illi contigua de Maçana, partem ex parte occidentali, partem ex parte circii, et abinde

transit á parte circii per quandam viam que vadit ad balnea, et inde revertit per quandam serram sicuti sunt fexurie posite et tendit versus orientem usque ad aliam fexuriam que est posita in possessionibus alicujus alquerie [que est contigua alquerie de Maçana versus orientem. Item assignamus eidem ecclesie et ministris ejusdem ducentos quinquaginta biçantios in argento bono pulcro et recti ponderis, singulis annis percipiendos a capellano in redditibus salinarum, de quibus possit capellanus ejusdem ecclesie providere sibi et quatuor presbiteris, quorum tres celebrent semper horas canonicas et missam per hebdomadas, et quartus celebret continue pro defunctis in obsidione et captione castri supradicti et pro animabus omnium fidelium defunctorum, et de eisdem biçantiis teneatur capellanus sive rector ejusdem ecclesie tenere tres lampades in eadem ecclesia coram altari beate Marie die noctuque ardentes; hos autem biçantios recipiat semper capellanus annis singulis á die Ascensionis Domini usque ad festum Sancti Petri et Sancti Felicis augusti sicut evenerint ex redditibus salinarum sine impedimento aliquo dictorum dominorum et suorum bajulorum. Item assignamus eidem ecclesie, ex portione terre proprie G. Dei gratia Tarrachonensis electi, cimiterium extra castrum sepe dictum in loco assignato infra muros antiquissimos, qui sunt positi juxta pratium. Hec autem omnia supradicta et singula cum terminis et affrontationibus suis conclusa, nomine in quo supra assignamus ecclesie beate Virginis Marie, que est fundata in eodem castro ad ejus Genitricis honorem, in domibus, vineis, pratis, pascuibus, arboribus et terris fructiferis et non fructiferis, nemoribus, silvis, garriigiis, montibus et planis, eremis cultis et incultis, decimis et primiciis earumdem possessionum, ingressibus et egressibus, affrontationibus, melioramentis et quibuslibet aliis ab integro per alodium franchum liberum et quietum. Et quare de predicta assignatione et dotatione, tunc temporis quo eam fecimus, non potuimus apud civitatem Eviçam instrumenta facere propter defectum publici tabellionis, nunc supradicti jurati, presentes apud Majoricam, supradictam assignationem per manum publici tabellionis redigere fecimus inscriptis. Factum est hoc in civitate Majoricarum XVII kalendas octobris sub anno incarnationis Domini MCCXXXV.—Sig+num Guillelmi de Sancto Vincentio—Sig+num Gilberti Aragonensis—Sig+num Raymundi de Corniliano—Sig+num Guillelmi de Solerio.—Ego Bartholomeus de Ponte publici notarii in Majoricis hoc scripsi et hoc sig+num feci.

Número 3

Franquicias especiales otorgadas á Ibiza por los tres magnates conquistadores, hallándose los tres reunidos en Colliure á 9 de Enero de 1236 (1235 de la Encarnación), calcadas sobre la Carta-puebla que en 1.º de Marzo de 1230 había expedido á Mallorca el rey don Jaime. (Véase ésta entre los apéndices de la 1.ª parte de este libro, núm. 30, pág. 600.)

(Pág. 1324 del texto.)

Reprodujéronlas casi al pie de la letra y por el mismo orden de artículos, y fueron objeto como aquella de las correcciones de Jaime II, al recobrar su

reino, en 30 de Enero de 1299, según aparece del tenor de las hojas sueltas á que al principio de estos apéndices me refiero: sin embargo les obligaron á variar en algún punto su contenido las circunstancias de la localidad á que se aplicaban, lo cual hace deplorar que no quede de este documento sino lo relativo á los postreros artículos de la Carta-puebla. El texto de los que comprende el fragmento llegado á mis manos es en ambos privilegios uno mismo, y Jaime II no los corrige ni modifica en un ápice sino en sujetar los delitos de heregía y lesa majestad á la pena de confiscación de bienes de que generalmente gozaban inmunidad los reos. Me limitaré pues á entresacar los pasajes, tanto de dichas franquicias como de las enmiendas del soberano, que atañen peculiarmente á Ibiza.

Super causis quoque injuriarum et dampnis ac vulneribus illatis et ceteris omnibus de quibus in premissis non fit mentio specialis, recurratur ad usaticos et consuetudines Barchinone propter honorem et utilitatem castri et insularum de Eviça et de Formentera et hominum et burgensium habitantium in eisdem.—Nos Jacobus rex Majoricarum addimus capitulo seu libertati predictæ istud verbum, quod super questionibus seu tormentis habendis a delinquentibus procedatur secundum usaticos Barchinone.

Statuimus etiam quod in castro sit unus bajulus, tamen ille scilicet in quem nos tres vel illi qui vices nostras in insula gesserint consentiremus, non majoris numeri consideratione, et mutetur de anno in annum, nisi per nos vel nostrum locumtenentes in capite anni fuerit confirmatus; bajulus vero predictus juret quod hec omnia supradicta pro viribus faciat observari et cuilibet de jure nostro et parte sua sit legalis pariter et fidelis.—Nos vero Jacobus rex Majoricarum predictus volumus quod fiat super dicto capitulo ut est fieri consuetum.

Item prohibemus ne in *alfondech* vendatur aliquod usque ad quinquennium elapsum, imo venditiones et comercia rerum comestibilium et victualium fiant infra muros castri per quinquennium memoratum.—Nos Jacobus Dei gratia rex Majoricarum predictus, addentes dicto capitulo, volumus et ordinamus quod in dictis et etiam in *Darasana* dicte insule de Eviça aliquo tempore minutatim victualia non vendantur.

Item quilibet nostrum possit habere in castro tabellionem proprium, qui juret suum fideliter officium exercere.—Super quo capitulo proxime dicto nos Jacobus rex Majoricarum predictus volumus quod fiat sicut est fieri consuetum.

Nos autem Petrus infans et Nuno Sanctius supradicti volumus statuentes quod si quis traxerit coltellum vel ense contra aliquem minando vel irascendo, donet curie sexaginta solidos vel manum perdat.

Actum est hoc apud Caucum-liberum V idus januarii anno Domini millesimo CC tricesimo quinto. Sig+num Petri Dei gratia regni Majoricarum domini qui hoc laudo et firmo. Sig+num Guillermi Dei gratia Tarracone electi subscribo. Sig+num domini Nunonis Sancii qui predicta laudamus et firmamus. Sig+num Gaucerandi Durg testis. Sig+num Galcerandi de Pinos testis. Testes hujus rei sunt Benedictus camerarius Tarracone, Raymundus de Sancto Martino, Arnaldus de Sancto Martino capellanus domini electi, Jacobus de Safaregio, Petrus Cerveyra.—Sig+num Petri Johannis notarii domini Infantis. Ego Petrus d'Alcala qui hoc laudo et concedo sicut nominatum est superius et firmo.—

Sig+++na palatii.—Sig+num Raymundi de la Barca. Sig+num Michaelis Nunis. Sig+num Poncii de Arcubus notarius Eviça. Ego Raymundus de Vilanova notarius domini electi Terrachone, hoc scripsi mandato ipsius et domini Nunonis.

Número 4

Venta hecha al sacrista de Gerona Guillermo de Montgri por el rey Jaime el Conquistador en 26 de Enero de 1242 de la porción de Ibiza que había comprado á los albaceas de Nuño Sans. (Pág. 1323 del texto.)

Noverint universi quod nos Jacobus Dei gratia rex Aragonum Majoricarum et Valentie, comes Barchinone et Urgelli et dominus Montispessulani, per nos et nostros vendimus vobis Guillermo de Montegrino sacriste Gerundensi et vestris totam illam partem cum jure dominio et jurisdictione quam Nuno Sancii consanguineus noster habebat et habere debebat in castro et villa et insula de Eviça et de Formentera tam in mari quam in terra, que omnia emimus á manumissoribus dicti Nunonis. Predictam itaque totam partem vendimus vobis pretio novem millium quingentorum solidorum malguriensium de quibus sumus á vobis paccati, renuntiando exceptioni non numerate pecunie; quam partem totam integre habeatis cum pertinentiis, tenedonibus, salinis, lignariis, pratis, pascuis et cum omnibus aliis ad eandem partem pertinentibus et debentibus pertinere, ad omnes voluntates vestras et vestrorum faciendas. Predictam autem partem teneatis per nos et nostros vos et vestri in perpetuum in feudum ad consuetudinem Barchinone, sicut hec et alia á nobis tenebatis. Datum Barchinone VII kalendas februarii anno Domini MCCXL secundo. Sig+num Jacobi Dei gratia Aragonum, Majoricarum et Valentie, comitis Barchinone et Urgelli, et domini Montispessulani.—Hujus rei testes sunt G. de Montecatheno, Petrus de Montecatheno, G. de Muntclus, B. de Sancta Eugenia, B. de Portella.—Sig+num Guillermoni scribe qui mandato domini regis hec scribi fecit loco die et anno prefixis.

Número 5

Testamento de Guillermo de Mongri sacrista de Gerona, otorgado á 18 de Junio de 1247, veinte y seis años antes de su fallecimiento ocurrido en 1273. Falta al extremo del pergamino una buena parte, que truncando las líneas impide copiarlo por completo, razón que, unida á su demasiada extensión, aconseja dar de él un simple extracto. (Pág. 1314 y 1322 del texto y la nota a de entrambas.)

In nomine Dom. nri. J. C. Ego Guillelmus de Montegrino Gerundensis sacrista, attendens quod nulli mortalium notus est terminus etc., eligo manumissores videlicet dnum. Gerundensem episcopum et dilecto Bernardum de Sancta

Eugenia fratrem meum...; jubeo corpus meum sepeliri in cimeterio Scte. Marie sedis Gerundensis supradicte si ibi decessero...; volo et mando ut ante omnia de omnibus mobilibus et faciendis et redditibus et possessionibus... familie mee certa portio detur ad arbitrium manumissorum meorum. (*Siguen multitud de legados á la catedral, canónigos y obispo, á las iglesias de San Félix, San Pedro de Galligans, de San Martín de Costa, de San Daniel y convento de Menores de Gerona, á las iglesias y hospital de Torroella, á la de Peralada, á la de Begny, á la de Fonilares, á la de Serra, á la de Buada, á las de Santa Cristina y Santa María de Aradó y á la de Santa María de Uliá.*) Proinde omnia predicta, castrum meum et terram de Eviça et de Formentera cum omnibus juribus et pertinentiis tam in mari quam in terra ubique, *que adquirió al tiempo de ser electo para la sede de Tarragona, las lega perpetuamente al prelado de la referida metrópoli y á sus sucesores*, tali pacto quod ad honorem sancte et individue Trinitatis faciat tres candelas ardere continuo die ac nocte ante altare, et tribus clericis in victa semper bene provideatur et vestitu, ac meum aniversarium fieri faciant in ecclesia Tarraconensi. *En caso de no cumplimiento subroga al arzobispo en el citado derecho y propiedad al paborde y canónigos de Tarragona, legándoles tertiã partem castrum et quartã partem terre de Eviça et Formentera quam emi á dom. Jacobo rege Aragonum*, tali pacto quod reficiat quotidie et honorifice in commensa pauperum in canonica X pauperes, et quotidie tales eligantur qui magis videantur egere. (*Instituere además una capellania con asignación de CL besantes, cuyo obtentor*) teneatur celebrare ter in septimana ob remedium anime mee et parentum meorum et omnium fidelium defunctorum in altari Scti. Dominici gloriosissimi confessoris quod situm est in ecclesia jam dicta, de quibus provenientiis faciat per singulos annos C cereos aptos, quemlibet unius libre et unius quartoni qui ardeat qualibet die sabbati ad missam B. Marie et insuper in quatuor festivitatibus ejusdem et natali... Dictus vero sacerdos continuam faciat residentiam in ecclesia jam dicta, et teneatur intrare ibidem diurnis horis pariter et nocturnis, preterea jaceat de nocte infra rexias... in eadem cerca, cui exhibeat honorem et fraternam societatem, sed ei in aliquo non sit subjectus, nisi tamen quod cum dictus claviger causa officii sui... ad communicandum et hujusmodi extra ecclesiam ibit, dictus sacerdos remaneat in ecclesia et hoc de nocte et de die tunc temporis, ad custodiendum fideliter et honeste dictam ecclesiam et thesaurum et alia bona ibidem deposita sive contenta. (*Al sacrista de Gerona que por tiempo sea confiere la presentación para dicha prebenda dentro de los veinte días posteriores á cada vacante. Parece que además del castillo de Ibiza poseía junto á Tarragona el de Constantí, á cuyo baile, como al alcaide de aquél y á su procurador y demás pobladores isleños, encarga prestar al prelado y al paborde de la metrópoli el mismo homenaje que á él le deben y reconocer su señoría, y concluye:*) Rogo dilectos Bernardum de Sancta Eugenia fratrem meum et Gaufridum vicecomitem de Rupebertino nepotem meum ut hanc meam ultimam voluntatem defendant etc. Actum est hoc XIII kal. julii anno Domini MCCXL septimo. (*Firman con otros testigos sus expresados hermano y sobrino; cuyo parentesco con Montgrí, más inmediato del que ya barruntaba pág. 1314 nota a, confirma plenamente este documento.*)

Número 6

Confirmación de las donaciones, establecimientos y franquicias otorgadas por el Infante de Portugal y por Pedro de Alcalá su co-partícipe, hecha por el Infante don Jaime como heredero del reino de Mallorca, hallándose personalmente en Ibiza en 21 de Diciembre de 1260. (Pág. 1323 del texto)

Nos dominus infans Jacobus, illustris regis Aragonum filius, heres regni Majoricarum et Montispessulani, consulte et ex certa scientia per nos et nostros laudamus, concedimus, approbamus in omnibus et per omnia perpetuo penitus confirmamus vobis Garcie Examenis et Guillermo Galli et Guillermo de Vilasclaro et aliis singulis et universis populatoribus et terretenentibus jurisdictionis sive dominationis nostre de Eviça et de Formentaria, omnes donationes, concessiones, franquitudines et stabilimenta hereditatum et bonorum nostrorum que habetis in villa et insula Eviça et Formentarie, vobis facta et concessa per dominum Petrum infantem quondam, illustris regis Portugalis filium, et Petrum de Alcalano, vel per bajulos eorum aut locum eorum tenentes, sicut melius potest dici vel intelligi ad vestrum bonum et sanum intellectum et vestrorum, laudantes et approbantes sicut superius dictum est omnes vestras franquitudines, donationes et stabilimenta vobis et vestris facta et concessa per dictum dominum Petrum infantem Portugalis et Petrum de Alcalano et bajulos eorum et locum eorum tenentes in omnibus insulis supradictis. Et ut supradicta majore gaudeant firmitate, juramus per animam nostram per Deum et sacrosancta Dei quatuor evangelia omnes supradictas donationes, stabilimenta et franquitudines habere ratas et firmas, et nullo tempore eas revocabimus jure aliquo vel ratione, et ad majorem vestram firmitatem mandamus et facimus vobis et vestris hanc cartam perpetuo valituram sigilli nostri pendentis munimine roboratam. Dat. in Eviça XII kal. januarii anno Dom. millesimo CC sexagesimo. Sigñum Infantis Jacobi illustris regis Aragonum filii, heredis regni Majoricarum et Montispessulani. Testes sunt Aries Ivanyes, G. de Montegiscart, Ruys Examenis, Andriolus nepos Carroci et Bernardus Porterii. Sigñum Raymundi de Sancto Justo publici notarii Eviçe qui hec scribi fecit mandato supradicti dom. Infantis.

Número 7

Derecho concedido por el referido Infante don Jaime y por el sacrista Montgrí simultáneamente, hallándose los dos en Barcelona, en 20 y 21 de Junio de 1261, á la universidad de Ibiza sobre las salinas para fábrica de los muros y defensa y custodia de la tierra. (Pág. 1323 y 1389 del texto).

Noverint universi quod nos Infans Jacobus illustris regis Aragonum filius, heres Majoricarum et Montispessulani, laudamus et concedimus in perpetuum

vobis habitatoribus de Eviça, tam militibus quam aliis, sive sint layci sive clerici, et successoribus vestris, quod secundum quomodo usitatum est et hactenus observatum, habeatis, colligatis et abstrahatis salem de stagno salinarum de Eviça, ita videlicet quod de quolibet mundino habeatis unum bisantium et dimidium ad proprietatem vestram, et communitas terre habeat de gratia nostra unum *milleresium* ad opus murorum construendum et reficiendum et ad alias necessitates quas suis temporibus invenerint tam in guaytis quam in talayis quam in aliis hujusmodi, et hoc facimus ad defensionem et conservandum bonum statum totius terre et castri de Eviça; residuum vero de pretio cujuslibet mundini sit de dominio meo per quartam partem, et tres partes que remanent sint de dominio venerabilis Guillelmi de Montegrino Gerundensis sacriste et successorum suorum; et ille *mileres* quem damus de gratia ad conservandum bonum statum terre, ut superius dictum est, committatur alicui probro homini et fideli de consilio proborum hominum et bajuli nostri qui pro tempore fuerit et de consilio illius qui vicem venerabilis sacriste Gerundensis tenuerit in Eviça et successorum suorum, et ille expendat dictum *mileres* in predictis usibus et teneatur reddere compotum quolibet anno nobis et bajulo nostro et illi qui locum venerabilis sacriste Gerundensis tenuerit in Eviça. Volumus etiam et stabilimus in perpetuum quod pretium cujuslibet mundini salis non ascendat ultra viginti duos *milleres*, nisi nos et sucesores nostri et venerabilis Guillelmus de Montegrino sacrista et sucesores sui de consilio proborum hominum et universitatis de Eviça vellemus augmentare pretium predictum. Volumus etiam et constituimus quod quolibet anno, tempore salis dividendi in stagno de Eviça ut inde abstrahatur, eligantur tres probi homines et fideles de Eviça per bajulum nostrum et illum qui locum venerabilis sacriste Gerundensis tenuerit in Eviça et per probos homines de Eviça, qui tres fideles jurent se fideliter dividere plateas stagni de Eviça ad bonam et rectam estimationem, et hoc idem fiat in estimatione sive in mensuratione que consuevit fieri apud *carregador*, nullo pretio inde recepto; et si quis aliquid receperit, inde ipso facto incurrat penam centum bisantium et per quinquennium non possit abstrahere salem de stagno de Eviça. Et propter predicta omnia et singula non intendimus vobis dare jurisdictionem aliquam vel dominium in stagno nec sale ipsius stagni. Et propter predictas concessionem et laudationes confitemur a vobis recepisse quingentos bisantios, renuntiantes exceptioni pecunie non numerate. Datum Barchinone XII kls. julii anno Dni. MCC sexagesimo primo. Sig† num infantis Jacobi, illustris regis Aragonum filii, heredis Majoricarum et Montispessulani. Testes sunt Arnaldus Dei gratia episc. Barchinonensis, Jaubertus vicecomes Castrinovi, Bernardus de Sancta Eugenia, Arias Ivanyes, Ferrandus Ivanyes. Sig† num Michaelis Baboti ejusdem dom. Infantis notarii qui mandato ipsius hoc scribi fecit die et anno predictis.

La misma concesión en iguales términos hace recíprocamente el sacrista de Gerona, expresando que por ella recibe 1,500 besantes. La fecha es del día siguiente, y figuran como testigos Guillermo Gall, Guillermo de Marseyla castellano de Ibiza, Guillermo de Lladó, Pedro escribano de Ibiza, Ramon Brú y Jaime des Far capellán del sacrista; actúa como notario Pedro de Ribalta.

Número 8

Donación más amplia de las mismas salinas otorgada en 1267 á los habitantes de Ibiza por el Infante y por el referido sacrista, reservándose empero la jurisdicción y dominio sobre los estanques: la data de la de don Jaime es del 11 de Setiembre en Perpiñán, la de Montgrí del 18 del propio mes debió ser en algún punto de Cataluña. (Pág. 1323 del texto).

Noverint universi quod nos infans Jacobus, illustris regis Aragonum filius, heres Majoricarum et Montispessulani, Rossilionis, Ceritanie et Confluentis, per nos et nostros damus, laudamus et concedimus vobis universis habitatoribus de Eviça, tam militibus quam aliis sive sint layci sive sint clerici, et vestris successoribus in eternum, quod de cetero habeatis, tradatis, colligatis et abstrahatis, dividatis et carrigetis libere et absque contradictione sal salinarum stagni de Eviça, sine aliqua contradictione quam ibi et inde non facimus, quod dictum sal vobis et vestris colligendum et abstrahendum et caricandum damus et concedimus libere et quiete, promittentes vobis et vestris quod de sale stagni dictarum salinarum Eviçe de cetero non abstrahemus vel caricemus nec abstrahi vel caricari faciemus, imo illud vos et vestri habeatis, abstrahatis et caricetis sicut melius dici potest et intelligi ad vestrum vestrorumque bonum et sincerum intellectum, salvo tamen et retento semper nobis et nostris in dicto sale jure quod inde habemus et percipimus et percipere debemus, pro ut in quodam alio instrumento quod inde a nobis habetis plenius continetur. Per hanc vero concessionem non intendimus vobis dare jurisdictionem aliquam vel dominium in predicto stagno vel in sale ipsius stagni, nisi ut superius continetur. Datum in Perpiniano tertio idus septembris anno Domini MCCLX septimo. Sig† num mei Infantis Jacobi illustris regis Aragonum filii, heredis Majoricarum et Montispessulani, Rossilionis, Ceritanie et Confluentis. Testes sunt Guillelmus de Castro Novo, Galcerandus de Urgio, Arias Ivanyes, Ermengaudus de Urgio, Gaustonus de Castellot. Sig† num mei Petri de Calidis qui mandato dom. Infantis Jacobi pro Petro de Capellades notario suo hoc scribi fecit et clausit die et anno prefixis.

La correspondiente merced del sacrista parece concedida fuera de Ibiza, pues no cita como á presentes sino á García Jiménez, Guillermo de Marseyla y Guillermo des Lladó nombrados los dos últimos en la anterior escritura, dando por ausentes á los demás naturales. Debíó de hacerlo en Gerona, pues asistieron como testigos Arnaldo des Pujol sacrista segundo de aquella iglesia, el capellán Arnaldo de Sant Martí, Ponce de Santa Cecilia escudero del sacrista Montgrí, y otorgó la escritura Ramon de Oller escribano de la curia episcopal de la misma sede. En ella reconoce haber recibido por dicha concesión 4,500 sueldos malgurienses.